

DIDYNAMIA ANGIOSPERMIA. 189

Planta ab ovibus non tangitur. Herba ut medicamentum specificum adhibetur in infuso, vel fotu, vel fumo, contra Febrem Scarlatinam & alia Exanthemata singulari effectu. GUNNER *&c.* Norweg. 37. *Illustriſſ.* LINNÆUS duos singulares casus recenset; ubi bini homines intra dimidium annum lecto detenti, a doloribus Ischiaticis intra triduum decocto hujus satratissimo sani facti sunt; sed a decocto hausto obdormivere per sedecim, vel viginti horas. *Amœn. Acad. 7. p. 49².*

ANACARDIUM BAUH. pin. 5¹¹.

Avicennia tomentosa? Linn. Mat. Med.

Ex planta ignota fructum officinæ sub nomine Anacardii orientalis asservant; putamen acerrimum, causticum à LINNE'. Hinc jure æque ac Anacardium Occidentale a Cel. de CRANTZ suspectum dicitur.

TETRADYNAMIA SILIQUOSA.

RAPHANUS RAPHANISTRUM: siliquis teretibus, articulatis, lœvibus, unilocularibus.

Semina plantæ hujus acria, cum farina hordeacea in panem cocta, in quibusdam Sueciæ Regionibus morbum funestum, Cereali convulsioni simillimum, Raphania ab *Illustriſſ.* à LINNE' nuncupatum, produxerunt. Dira morbi hu-

jus

190 TETRADYNAMIA SILIUOSA.

ius symptomata in *Amœn. Acad. Dissert. de Raphania* descripta sunt. Diu multumque causa dirissimi hujus morbi, a verno Frumento producti Medicos latuit; primus *Illustriſſ. à LINNÉ* institutis observationibus veram detexit: summam rei totius his adjungo.

1^{mo}. Morbus recens collecto Frumento originem debet, post enim messem demum existit.

2^{do}. In Hordeo causa latet; quod illorum immunitas qui Secali pasti sunt, nec non exemplum Gallo pavonum, Gallinarum, & Suum, qui eodem Hordeo vescentes, morbo sunt vexati.

3^{tio}. Causa intra Frumentum vernum delitescit, nam observatus non est morbus, ubi agri coluntur novales.

4^{to}. Plantæ Australiorum Provinciarum, quas in agris Hordeo consitis Vicia dixeris, nec in superioribus Provinciis obviæ, nisi Brassica campestris, Raphanus Raphanistrum sunt, id quod per observationes Botanicas exploratissimum est, quarum illa iners, hic vero acris cuique periculum facienti judicabitur.

5^{to}. Acres Tetradyname imbrifera æstate luxuriare acioresque fieri omnes confirmant observationes: & morbus non nisi humida prægressa æstate sœvit.

6^{to}. Acres Tetradyname & in his Raphanistrum sistema nervosum tentant, cui rei Armoracia, & Sinapis documento sunt. Atque hæc

hæc sunt argumenta, quibus collectis legitime
Illustriſſ. AUCTOR conclusit Raphano Rapha-
 nistro causam morbi hujus adscribi debere. Ex
 his concludere licet; quod etſi plantæ Tetra-
 dynamæ, vel cruciformes semper acrimonia
 gaudeant, hanc augeri posse, à plurimis cir-
 cumstantiis. Tempeſtates pluviosæ, loca ubi
 crescunt, ſi humida ſint, ſi ad ripas aquarum lo-
 centur, hanc valde addaugent. Hinc intelligi-
 tur, cur aquosæ plantæ ſemper ſint acriores,
 cur plantæ primo vere prodeunteſ, ubi ple-
 rumque pluviæ abundant, fere omnes acres
 multæque veneſatæ ſint. Inde etiam concluder-
 e licet, alias quoque Tetradynamas plantas
 ſi inter Segetes crescunt, poſitiſ omnibus cir-
 cumstantiis iisdem, eosdem, plus minus abſ-
 que dubio producturas effectus. Quare hujus
 etiam rei rationēm ab Oeconomiis habendam.

MONADELPHIA POLYANDRIA.

HIBISCUS SABDARIFFA: foliis ferratiſ; inferioribus ovatis, indiviſis; superiori-
 bus ſepenis, partitiſ; caule inermi; floribus
 ſeffilibus. *Jacq. Obs. z. t. 35.* Caulis iner-
 mis, linea à petiolis utrinque decurrente: Pe-
 tioli ſubtus aculeiſ retro ſpectantibus.

Bangue Indorum ex Hibisci hujus foliis
 (teſte HERMANNO in *Mat. Med.*) pari fere
 modo